

1785.

19. Pöhlus, Christianus Fridericus: De causa et causis protestantium successioneis in res uelut les maternas ex soribus.
20. Puchmannus, Dr. Iud. Em., fac. iur. pro cancellarius: (De quenda in officio testamenti fratris utriusque hardi concordia). Programma, quo sollemnia mense Januaria Christiani Augusti Guentheri indicit.
21. Puchmannus, Dr. Iud. Em., fac. iur. pro cancellarius: (Miscellaneous ad ius portinellianum specimen II). Programma, quo sollemnia inauguralia Tali Gottlob Guttenberi ... indicit.
22. Puchmannus, Dr. Iud. Em.; fac. iur. pro cancellarius: (Miscellaneous ad ius portinellianum specimen I). Programma, quo sollemnia inauguralia Burchardi Corradi Henrici Heydenreichi ... indicit.
23. Puchmannus, Dr. Iud. Em., fac. iur. pro cancellarius: (An et quatenus Janus cum, qui patet, et paucis excusat eam ne minuat?).

1785.

27. Pfeithmann, Ios. Lud. Dr. iur. pris. praeancell.
Laudis: De numero doctorum prudentia legis-
laturia ministrando seu de remedii nominationis
actis frequentium honorum ceremoniis et ordo-
rum concursu). Programma, quo sollempniter
inauguratione Christiani Gottlob Harckii inedit

28. Pfeithmann, Ios. Lud. Dr. iur. De Lubrico iudicio. 32

num

29. Rau, Christianus: Elector Saxoniae juris
Saxonice Defensor.

30. Roemer, Carolus Henricus, &: De iuribus
magistratis etiamque spectibus.

31. Roemig, Carolus Gallus: Immortalia et libellos
De priores lego Anglorum et Normannorum.

32. Rammell, Balduus Frider: De comparatione legum
Romanaum cum Graecorum institutionis.

1785

30. Segenus, Ioh. Theophilus: De comitiis Palatinis
Saxonie
31. Winckl, Fridericus Aug. Guicciardus: De concessione
insignium in imperio Romano-Germanico. Pro-
gramma, quo ad audiendas orationes in memo-
riam Henrici Ridelii et Syferti invitat.
32. Winckl, Fridericus Aug. Guicciardus, fac. phil.
procancellarius: De concessione insignium in
imperio Romano-Germanico. II. Programma, quo
philosophiae candidatis Mem. petitionis in-
dicari.
33. Winckler, Carol. Gorp; de, fac. iur. procancellarius:
Adnotatio IV, V et VI ex auctoritate iuris ju-
diciariorum. Programma, quo solemniter mag. Carol. ac
Friderici Conradi indicatur.
34. Winckler, Carol. Gorp; de, fac. iur. procancellarius:
Problema iuridicum: De abolenda restitutione
in integrum ex causa actatis. Programma, quo

solemnis in anglo alia Coriol. Gallubii Paessigie
in dictis.

35^o Vincken, Carol. Portsp. de : Adversaria juriis
in dictarii in primis quae concursum credi
Forum

... pr. man. / weffione in re stoffe machen ex. w.

1785.22.
PROCANCELLARIUS
IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D. INST. PROFESSOR ORDINAR
ET COLLEG. ICTOR. ASSESSOR

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI
BENIAMIN CAROLI HENRICI
HEYDENREICH

DRESDENSIS

A. D. XIX. MAII MDCCCLXXXV

PVBLINE CELEBRANDA
INDICIT

MISCELLANEORVM
AD IVS PERTINENTIVM
SPECIMEN I.

Cum non omnibus lectoribus scripta longa materiaeque arrideant intricatae, sed plerique (certe multi) magis ament breues ipsoque ex visu petitas animaduersiones, iuuat lane interdum et iam ad forum descendere, speciesque singulares, nec vulgo obuias, in medium proferre; quam in rem tot nobis suppetunt virorum doctorum exempla, vt necesse haud sit, hocce institutum contra eorum, qui disputationi fori rebusque iudicatis nihil plane deferunt, quereelas defendere. Amant praeterea, ut dici solet, alterna Camoenae, planeque ad rem IO. IENSIVS: *Tum fateri non erubescō, minus amare mē lucubrations iſtas operosas et ad fastidium diu iisdem rebus, quze paucis absoluī possunt, inhaerentēs. Inmo inceptum putidumque censō, id, quod uno item et altero sive testimonio sive arguento confici potest, cumulatis alii supra alias demonstrationibus amplificare.* Sed satis praeſaminis. Ad rem ipsam igitur veniamus.

CAPVT I.

Index s. magistratus etiam in delecto militum habendo, ne in crimen reperund. incidas, a douis munericibusque abstinere deber.

Cum nullib[us] miseriū viuatur, quam vbi venalis est iustitia, sa-
pienter apud Rom. Lege Iul. repetund. constitutum est, ne magi-
stratus iisque, qui in officio publico essent, muneris sui exercendi
causa quidquam capere liceret, vtque magistratus ab omni forde se se
abstineant, ceu docet Tit. D. de Leg. Iul. repetund. idemque postea
quoque variis Principum constitutionibus non modo repetitum,
sed severius etiam sanctum fuit, vt iam alibi (*Elem. iur. crim. Lib. I.
c. 34.*) ostendimus. Quemadmodum autem plerique a virtutis tra-
mite

IV

mite deflecentes tegumenta facinorum suorum quaerere solent, ita hic etiam fieri solet, ut variae excoxitentur fraudes, quibus iudices venalem habentes iustitiam rapacitatem suam palliare atque occultare possint. Ita e.g. factum esse comperimus, ut cum aliquis magnae implicitus litigii ad locum, ubi ea vertebarunt, iudicis corrumperi causa profectus esset, neque tamen aperire illi pecuniam offere auderet, res eo deduceretur, ut ad epulum aliquod, cui iudex etiam cum vxore sua intererat, invitaretur; ibique proposito ludo occasionem, eandem sere pecuniae sumمام, quam corrumperi iudicis gratia secum attulerat, data opera, atque ita, ut iudicis vxori cederet, perdendi nanciceretur.

Haud ineptus quondam fuit iocus morionis HENRICI IV. Galliarum regis, qui cum bello implicatus obsidionem munimentum eiusdem, quod plerisque inexpugnabile videbatur, pararet, dubiusque haereret, quem potissimum ducem aut praefectum huic rei praeponeret, morio, quem HENRICVS IV. tunc in aula sua alebat, haud illepide dixisse fertur: *Non poteris profecto, Christianissime Rex; meliorem aptiori que banc in rem eligere, quam illum (cuius nomen addebat) Parlamenti Consiliarium, (qui ob avaritiam male vulgo audiebat,) is enim omnia capere consuevit (car il prend tout).*

Quanto recius THOMAS MORVS, qui cum in Anglia quondam Cancellarii munere fungeretur, et nonnemo ipsi, quo secundum eum item daret, lagenas aliquod argenteas misisset, quantocvys dispensatorem iussit has lagenas vino replere optimo, repletasque reddere nuncio, qui eas apportauerat, hoc superdicto: *Saluere tubo dominum tuum; dic ei, me omne, quod in cauea mea est, utrum eius in usus paratum habere, si eo indigeat, ipsiusque posse venire, et sumere inde, quantum libuerit.* Hic scilicet erat ille vir, qui semper in animo haberet illud SENECAE: *Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat: me iustum esse gratis oportet;* a) apud quem nullus argento color esset, quique ingentes auri aceruos oculo spectare irretorto posset. Huius exemplum imitari decet omnes, qui iudicis aut magistratus personam gerunt, ne illorum in classem referendi sint, de quibus 10. SARESBERIENSIS in Policrat. Lib. V. c. 16. *Hoc praetextu non tam iudicet,*

a) Eodem SOSTIADA tendit praecettum: *Ἄνωράνητος δούλωσε, Nullis inimicis corruptus causam inquirit.*

*iudices, quam iudiciorum caupones, qui nequitiam suam honesta volunt
pellare licentia, iniuriam suam colorare nituntur, querentes scilicet
aliqua emolumenta negotiorum, quorum pro parte onera portant, aut
si emolumenatum esse non licet, sit saltem compensatio sumtuum et dam-
norum. Hi tamen rari sunt. Quis enim erubescit dicere, quid nibi
dabis, ut tibi iustitiam faciam? Nam ut pro se ipsa exhibeat, fru-
stra expectas. Nonne simile est, ac si dicatur, quid vultis miki dare,
ut me ipsum abnegem, officium prodam et dominum vendam?*

Nae horum quodammodo numerum auxit etiam ille index, de
quo in praesenti animus est dicere. Is scilicet in deleatu militum
habendo ab iis, qui aut se, aut filios suos militiae subtrahere stude-
bant, dona muneraque acceperat, posteaque detecta fraude sponte
officio suo se abdicauerat, ceterum autem Leg. Iul. repetund. ad
hanc speciem, in qua scilicet non de iure dicundo, aut sententia fer-
renda, sed de militum deleatu agendo quaerebatur, haud pertinere
dicebat. Alter autem iudicabat Ordo noster, sententiam super hac-
re regatos, idque ob diserta l. 6. §. 2. D. de Leg. Iul. repetund. verba:
Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum mitten-
dum eis accipiat, — utque magistratus ab omni forde se abstineant.
Quare ita pronunciabatur:

*Dass N. um Einhundert Thaler zu bestrafen, er könnte und woll-
te denn nach vorgehender schärfster Verwarnung — sich reinigen, und
dass er bei der no. Act. 1. bemeldten Rekrutirung von einem oder
mehrern derer unter der ihm anvertraut gewesenen Gerichtsbarkeit ge-
standenen Unterthanen einige Geschenke nicht genommen, schwören, so
ist er zwar mit der zuerkannten Strafe zu verföhnen, auf beide Fälle
aber die verursachten Unkosten abzustatten schuldig,
idque his additis rationibus:*

*Obwohl von N. vorgeschützt wird, dass die wider ihn aufgestellten
Zeugen theils singulares, theils testes in propria causa, folglich zum
Zeugniß unzulässig wären, um soviel mehr, da sie ihre eigne Schande
bekennen, und von sich selbst, dass sie ihn bestochen hätten, in Hsung
die angeblichen Geschenke wieder zu erhalten, vorzählen, wozu noch
käme, dass verschiedene derselben ihre Aussagen nicht auf ihre eigne
Wissenschaft, sondern nur auf ein Hörensgen gründeten, hiernächst die
Rekruten. Aushebung nicht zu den eigentlichen Amtsvorrichtungen ei-
nes Gerichtsverwalters geböre, mithin diejenigen Verordnungen, wor-*

inne den Richtern Geschenke zu nehmen verboten, in gegenwärtigem Falle keine Anwendung fänden, da er zumal seine Bedienung bereits selbst niedergelegt hätte, und er solchergekalt, wenn auch gnug'samer Beweis wider ihn vorhanden wäre, seines Dienstes weiter nicht entsetzt, weniger die ordentliche Strafe der Remotion in eine Geldbusse verwandelt, endlich ihm, dass er bei der Rekruten-Aushebung sich einer Partheilichkeit schuldig gemacht und einen vor dem andern begünstigt oder belästigt hätte, nicht beigemessen werden könne, und das bei diesen Umständen ernannter N. weder mit einer Strafe, noch mit einem Reinigungseide zu belügen, sondern von der wider ihn angebrachten Fiscalsischen Klage sogleich zu entbinden sei, es sich anschen lassen möchte;

Dennoch aber und dieweil N. no. Act. 44. fol. 4. bei Gelegenheit der vorgewesenen Rekrutirung von verschiedenen Personen einige Gelder erhalten zu haben, selbst nicht schlechterdings ableugnen kan, und dessen Vorwände, das es damit nicht auf ein Geschenk, sondern allenfalls auf eine Belohnung seiner gehabten Bemühungen abgesessen gewesen, nicht sofort Glauben beizumessen, um so weniger, da er die Aussage verschiedener n. Act. 84. abgehörter Zeugen, besonders dā art. — wider sich hat, und wenn schon einige solcher Zeugen gewissmaassen correi delicti sind, gleichwohl theils solches nicht von allen zu behaupten, theils die Menge derselben nicht außer Augen zu setzen, weniger, dass sie insgesamt falsch ausgefagt, zu vermutthen, biernächst ein Gerichtsverwalter nicht blos in Process-Sachen, sondern gleichergekalt auch bei Rekrutirungs- und andern dergleichen Geschäften der Annahme einiger Geschenke sich enthalten muss, dabingegen die von N. geschehene Aufgebung seines Dienstes ihn von den denen ihm beigemessenen Begünstigungen gemässen Strafe nicht befreien kan, endlich, daferno ein Gerichtsverwalter Geschenke nimt, selbiger selbst dadurch, weil letztere nicht umsonst gegeben zu werden pflegen, einer Partheilichkeit sich höchstverdächtig macht, bei diesen Umständen also N. falls er das ihm beigemessene vermittelst Eides abzulehnen nicht vermag, mit einer ansehnlichen Geldstrafe nicht unbillig zu belegen, auf beide Fälle aber, er schwört oder schwört nicht, der Abfassung der verursachten Unkosten, in Ansicht der wider ihn vorhandenen redlichen Anzeigen und des nicht geringen Verdachts, sich nicht entbrechen kan, rel. cuius de sententiae acquitate nemo, spero, dubitabit, qui aut ipse huiusmo-

iusmodi de rebus iudicare potuerit, aut *Elem, nostra iur. crim. l. c.*
inspicere haud grauatus fuerit.

CAPVT II.

*An cambium praescriptum per prolongationem denuo vim cambialem
accipiat?*

Saepe quaesitum memini, an vis, quam cambium ante prae-scriptionem completam habuit, per prolongationem a) denuo reui-vicat, adeoque processu cambiali (quod interdum magnae esse potest vilitatis,) contra debitorem locus sit. Negat hanc quaestione Cel. s. I. KAFFF in diff. de prolongat. camb. ciusque effectibus, (Tub. 1777.) §. 3. contendens, prolongationem cambii necessario currente adhuc nondumque completa praescriptione fieri debere. *Si enim, inquit, extincta demum qualitate cambiali terminus solutionis prolongaretur, non cambii amplius, sed ordinarii debiti, in quod iam transit cambium, haec esset prolongatio. Id quidem hoc casu prorogatio termini efficeret, ut creditor debitorem, antequam dies veniat, cum effectu conuenire nequeat; qualitas vero et rigor cambiali non reuiniscit, ne tunc quidem, si vel maxime bona actum prolongationem cambii vocassent contrahentes.* Mihi vero eadem quaestio adfirmanda potius esse videtur. Rationes si queraris, accipe sequentes. Si scilicet verum est, quod in l. 34. D. de R. I. legitur: *Semper in stipulationibus et in ceteris contra-ctibus id sequimur, quod actum est, necessario hic etiam, in quem finem prolongatio facta sit, considerare oportet.* Hic autem, si rem iusta lance ponderes, alius esse nequit, nisi ut debitor cambium denuo adgnoscatur, seque rigori cambiali submittat. Deinde decantata inter Icos est regula, neminem frustra aliquid facere videri, ideoque, quantum fieri possit, quemlibet actum ita explicandum esse, ut haud incassum suscepimus esse videatur. Diferte IVLIANVS in l. 12. D. reb. dub. *Quoties in actionibus aut in exceptionibus ambigua oratio est, com-modissimum est, id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat.*

- a) Prolongationem cambii nihil aliud esse, ac prolationem diei, vulgo extensionem termini solutionis, litteris cambialibus definiti, sciunt omnes, qui vel leviter ius cambiale attigerunt. Conf. HERM. BE-CRERI diff. de litteris cambiali, earumque prolongatione, in I. M. G. RESERRE Thes. iur. camb. no. 25. p. 592.

VIII

pereat. Enī quam pulchre hic locus nostrae subueniat sententiae.
Atque ita etiam Ordinem nostrum iam plures ante annos respondisse
reperio:

Obwohl der von N. ausgestellte Wechsel bereits an der Oster-
messe — verfallen gewesen, und die erste Renovatio ganzer fünf
Monate nachher, also zu einer solchen Zeit geschehen, da aus selbigem
nach Wechselrecht weiter nicht verfahren werden können, die prorogatio
fatalium auch an sich, daß die zu prolongirende Frist noch nicht verstri-
chen sey, ordentlicher Weise erfordert, und eine bereits ausgegange-
ne nicht wieder in vorigen Lauf bringen mag, solches auch bey den
eigenen Wechseln im iosten §. des Anh. der E. P. O. gesetzten qua-
diennio um so viel mehr, als das Wechselrecht obnedem ein exorbitans,
und als ein odiosum mehr einzuziehen, als zu erweitern ist, zu behaupten
zu seyn scheinet, mit hin, als ob der angezogene Wechsel, so viel
den effetum cambiale betrifft, vor ganz unkrafftig zu achten sey,
es das Ansehen gewinnen möchte;

Dennoch aber und dieweil gleich anfangs in eines Schuldners Will-
kür berubet, ob er bei Ausstellung des instrumenti cambialis der praesi-
criptionis quadriennii sich begeben und dieselbe auf eine längere Zeit
erstrecken wolle, und wenn dieses geschiehet, derselbe, da er hierdurch
niemanden, ali sich selbst schadet, daran allerdings gebunden, woraus
denn ferner flüsst, daß der Schuldner auch einem bereits verjährten
Wechsel durch denselben nach der Verfallzeit beschobene Prolongation, als
ex novo pacto, vim cambialem anderweit wider sich geben könne, und
hierwider, war die prorogation fatalium angezogen werden könnte,
niemand bei dieser allemal ius tertii vorwaltet, und niemand seines ein-
mal erlangten Rechts wider Willen zu entfetten, in prolongatione
cambii proprii hingegen des prolongantis alleiniges Interesse verfiert,
mit Bestande nicht angestuft werden mag, woza kommt, daß ieder
adus dergestalt, daß eine besondere Wirkung daraus erfolge, auszu-
legen, welches nicht geschehen würde, wenn die prolongatio eines ver-
jährten Wechselbriefs nicht von der obligatione cambiali selbst ange-
nommen werden sollte, in mehrerer Erwiegung, daß die vis chirogra-
phi-dergleichen praescribiren Wechselbriefen bereits ex lege verlisben
und der Prolongation des Wechselschuldners nicht bedarf, über dieses
N. den streitigen Wechsel nachher noch zu zweyen mahlen prolongiret,
und hierdurch enixam voluntatem eidem vim cambialem conciliandi
et

et conseruandi noch mehr an den Tag gelegt, in der That auch einerley ist, ob er den Brief prolongiret, oder einen neuen von sich gegeben;

So mag daraus wider N. nach Wechselrecht wohl verfahren werden.
Eidem fere sententiae nuper etiam subscriptis Cel. E. C. WESTPHAL in
d. Teutschen und Reichstädtschen Privatrecht P. II. p. 376. a)

CAPVT III.

An tutori pecuniam pupillarem sub sola securitate cambiali foenori dare licet?

Ex facto nuper quaerebatur, an tutor suo sine periculo pecuniam pupillarem sub sola securitate cambiali alias credere queat. Evidem et si scio, haud deesse, qui hoc utique fieri posse contendant, ipse tamen alia omnia sentio. Quotidiana docet experientia, multos mutuam sumere pecuniam, et si, unde reddituri sint, iuxta cum ignarissimis sciant; multos item, et si plus debent, quam ipsorum ferunt facultates, tamen, ut fidem inueniant, Croesos simulare, et diuitias, quibus plane desitunt sunt, ostentare, b) adeoque facililime fieri posse, ut creditor decipiatur et forte via cum vfruis amittat. Iam nemo, spero, dubitat, quin contra tutoris officium sit, si pupilli periculo incertam periclitari fortunam, eiusque pecuniam aleae quasi exponere velit. Faciunt etiam huc varia iuris nostri capita, ex quibus manifestum est, tutorem pecuniam pupillarem aut praedictorum comparationi impendere, aut idoneis nominibus credere debe-

re.

a) His verbis: *Wird der Wechsel nach der Verjährungszeit erst prolongirt, so glaube ich nicht, daß diese Prolongation ganz unstatthaft sei. Sie ist aber in diesem Falle als ein ganz neuer Wechsel anzusehen, so daß die Wirkung und Vorrechte derselben vom Dato der Prolongation gerechnet werden müssen. Ist sie aber vor der Verjährung geschehen, so bleiben diese Wirkungen bei dem Dato, da der Wechsel ausgestellt ist, stehen. Prolongatione cambiis autem haud fieri nouationem, ostendit A. P. FRICK de debitor. demor. cred. hypoth. ad separata, benefic. admittend. Helmst. 1783. § 5. idemque sentit S. C. KAPFF l. c. § 9.*

b) Nihil iam dico de illis, in quos vere haecconveniunt verba:

*Solicitum te cura tenet, non, quomodo solvas,
Quomodo non solvas, maxima cura tua est.*

re. *Affidue, inquit VPLANVS in l. 3. §. 2. D. de adm. et per. tut. et rationem ab eo exigere eos oportet, et sollicite curare, qualiter conueretur, et si pecunia sit, quae deponi possit, curare, ut deponatur ad praediorum comparationem, nec non PAVLVS in l. 15. D. eod.* Si tutor constitutus, quos inuenierit debitoris, non conuenerit, ac per hoc minus idonei efficiantur, — ipse in debitam pecuniam — conuenitur, itemque IMP. in l. 24. C. de adm. tut. vel cur. Tatores vel curatores aurum argentumque, et quidquid vetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia collocent, ita tamen, ut ex mobilibus aut praedia idonea comparentur, aut si forte idonea non potuerint inueniri, iuxta antiqui iuris formam vjurarum crescat accessio, quarum exactio ad periculum tutorum pertinet, et in l. 3. C. de vjur. pupill. Si pecuniam pupillarem neque idoneam hominibus a) credere, neque in emptione possessionum conuertere potuisti, non ignorabit iudex, vjurias eius a te exigi non oportere. Maxime autem sententia nostra firmatur Nou. 72. cap. 6. vbi INSTINIANVS: *Sancimus, ne curatoribus villa necessitas a lege incumbat, ut pecunias minorum foenori dent, sed in tuto reponant, illaque feruunt; cum melius sit, ut fors illis in ruto sit, quam vt cupiditate vjurarum etiam forte excidant, et tutor in periculo sit, si non foeneret, ac rursus, si foenori det, periclitetur, si infortunium in debitibus forte contingat.* Si tamen sua sponte foenerari voluerit, forte pignoribus datis, vel aliis cautionibus, quas ipse pro indubitate habet, tum qualibet anno duorum mensum inducias quidem habeat, sciat vero, periculum creditus ad ipsum omnino venturum esse. b)

Neque ad rem faciunt l. 50. D. de adm. et per. tut. et l. 33. D. de C. et D. quibus c. f. HOMMELIVS (magni nuper vir ingenii, cuius etiam cineres veneror,) Rhaps. Obs. 462, in contrarium sententiam vnius est. Priore quidem loco ait Iesus: *Si res pupillaris incursum latronum pereat, vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, cum suis caleberrimus, solidum reddere non possit, nihil eo nomine tutor praefbare cogitur.* Sed quilibet sua sponte facile intelligit, hic nequam de omni generis debitoribus, sed de soli argentarii sermonem esse. Argentarii autem erant argenti signati tractatores, qui rei pecunia-

a) Idoneus autem hic est locuples — qui soluendo est. Vid. BRISSONIVS de K. S. b. v.

b) Ita recte verit. 3. E. HOMBERGK zu Vacb. in vers. Nouellar. las. p. 538.

pecuniariae negotiationem faciebant, positasque in foro tabernas habebant et mensas, vnde numerarent. Singulare illorum erat collegium, neque quisquam mensae negotium licite peragere poterat, antequam collegio argenteriorum adscriptus esset; atque hinc est, quod eorum officium et ministerium publicam causam habere dicitur. Ideo, inquit CAIUS in l. 10. §. 1. D. de edend. praetor argenterios tantum, neque alios illos absimiles eis, edere rationes cogit, quia officium eorum atque ministerium publicam habeat causam, et hacc principali opera est, ut actus sui rationes diligenter conficiant. CONFIRM. HVBFRIT diss. binae de argenterii veterum, in OELRICHI Thes. nou. diss. iurid. Vol. II. T. I. itemque Cons. G. SIEBERI diss. II. de argenterii, Lips. 1737. et 1739. En igitur, quam diuerla sit ratio argenteriorum, atque illorum, qui hodie pecuniariam sub sola securitate cambiali mutuantur. Lex denique 111. D. d. C. et D. ad tutores plane non pertinet, sed de seruo, qui sub conditione reddendarum rationum liber esse iussus est, exponit. Tristissimum sane pupillo sit oportet, si tutor ipsi loco paratae pecuniae cambia nullius pretii exhibeat, nihilque addat, nisi hoc, nomina praeter spem atque opinionem deteriora facta esse. Nae eiusmodi tutores non Vormünder, sed Verminder dici merentur. a) Nefcio, an adiciam, hanc, quam defendimus, sententiam passim etiam legibus prouincialibus approbatam esse. Ita e. g. in terris Brandenburg, plura in hanc rem existant Rescripta, b) e quibus unum d. d. 31. Iul. 1756. iam legitur in App. libri nostri, *Grundsätze des Wechselrechts inscripti*, p. 184.

Similiter Ordinat. tutelar. Wirtemberg. cap. 3. §. 16. in Cel. c. e. ELSAESSERS Verm. Beitr. zum Kanzleiwesen p. 229. praecepit:

Wenn bei einer Pflegschaft baares Geld vorhanden, so soll ein Pfleger nichts davon zu seinem eigenen Nutzen verwenden, sondern dasjenige, was er zur Abtilgung der pflegschäflichen Schulden, oder für das Pflegkind selbst nicht notwendig braucht, so bald, als möglich, gegen Verzinsung sicher ausleihen, und zwar, weil sonst das Kapital auf seinem Risco stünde und er dafür haften müsste,

B 2

a) Vid. NIC. HENELII *Otium Wratislau.* cap. 1. vbi de lubrico tutelae exponitur.

b) Vid. w. G. VANGEROW *Entwurf des Wechsel-Rechts nach d. Grundsätzen d. Preuß. Staat.* §. 84.

müßte, allezeit gegen obrigkeitliche öffentliche dreifache Verbringung, an solche Personen, welche hausbältig, und nicht schon mit vielen Schulden beladen sind. Woferne er aber die Gelder auf solche legale Weise unterzubringen keine Gelegenheit finden könnte, und etwa eine andre, solbige gegen Wechsel auszuleihen, sich ergebe, so bat er dem Gerichte davon die Anzeige zu machen, und von selbigen die Erlaubniß zu erwarten.

Nec aliud apud nos statuendum esse videtur, idque ob verba Ord. tut. d. a. 1782. cap. 15. §. 8.

Es sollen auch Vormünder sich alles Elfis bemühen, und der Richter selbst dafür sorgen, damit das vorhandene Geld der Unmündigen entweder an nutzbare Grundstücke angelegt, oder auf gerichtliche Hypotheken oder sonst tüchtige Versicherung ausgeliehen werde.

Quare melius vtique fecerit tutor, si, antequam pecuniam pupillarem sub sola securitate cambiali foenori det, rem omnem iudici exponat, eiusque arbitrio stet, ne postea, debitore forte bonis lapso, pupillum indemnem praestare teneatur. a)

CAPVT IV.

De opinata spuriorum legitimazione per subsequuta sponsalia.

Spirios non modo per subsequens materimonium, verum etiam per subsequuta legitimari sponsalia, contendit C. F. HOMMELIVS Rhap. Obj. 706. addens, et si contrarium probari videatur Dec. Elect. Sax. 49. aliud tamen in foro obtinere. Praxis, inquit, est in contrarium, et admittuntur tam in allodio, quam in feudo etiam, qui ante sponsalia concepti sunt, modo sponsalia deinde subsequuntur, consentientes laudans BERGERVM ET MEVIVM, tandemque sententiae suae ex l. II. C. de nat. lib. robur ac firmamentum petens. Ego vero,

Haec mibi si Delphis Dodonaque dicoret ipsa, tamen non crederem. Primo enim omnibus, quas vulgo hoc refertur, legibus ante constituitur (praesupponitur), sponsalia antecessisse, et

a) Memorabile perdite pecuniae pupillaris, debitori paucis, antequam foro cederet, diebus a tuteore creditae exemplum, quod hoc ipso anno Bruxellis accidit, nuper in litteris publicis legitimus.

et concubitum postea demum subsecutum esse. Si, inquit IMP. in l. 22. C. de nupt. donationum ante nuptias, vel dotis instrumenta defuerint, pompa etiam aliqua nuptiarum celebritas omittatur, nullus existimet, ob id deesse recte alias initio matrimonio firmitatem, vel ex eo natus liberis iura posse legitimorum auferri, inter parer honestate personas nulla lege impediens consortium, quod ipsorum consensu atque amicorum fide firmatur, nec non PONTIFEX in cap. 12. X. Qui fil. sint leg. Quia tamen despousatio per testes legitimos comprobata eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit, sive despousatio ipsa fuerit de praesenti, ut per consensum legitimum per verba de praesenti expressum copula matrimonii inter eos fuerit celebrata, sive per verba de futuro, carnali copula subsecuta, non tam decretali praedecefforis nostri, quae in casu dissimili loquitur, quam inductis probationibus innuentes, te processisse legitime respondemus, et sententiam tuam auctoritate apostolica confirmamus.

Ad haec Dec. Elec. Sax. 49. tam clara est atque perspicua, ut nulli plane dubio locum reliquerat. Sancitur enim ibi:

Dass, wenn ein öffentlicher Verlobniss vorgegangen, solches auch an sich richtig und erweislich, und daran kein erhebliches Hinderniss oder vitium intrinsecum wahrzunehmen, die hernach vor der Trauung erzeugten Kinder als ebeliche und rechte Erben zu den Eltern Verlängenschaft zugelassen, dagegen, wenn heimliche Versprechungen oder Verlobnisse vorgegangen, und nach denselben, jedoch, ebe sie öffentlich wiederholt worden, oder die priesterliche Kopulation erfolgt, Kinder erzeugt werden, diese für ebelich nicht gehalten, noch zur väterlichen Erbschaft zugelassen werden sollen.
Apud BERGERVM in Oec. I. 3. 13. 5. p. 105. nihil plane occurrit, quod hoc pertineat, opinionique HOMMELII villa ratione optinetur, MEVIVS denique supponit, benedictionem sacerdotalem ad essentiam matrimonii haud necessariam esse, a) sed sponsalia de praesenti suffi-

B 3 cere,

a) Verba DAV. MEVII Decif. super caus. praecep. ad summum tribunal regium Vismariensi delat. (Franc. ad M. 1705. f' P. II. dec. 81. haec sunt: Non spurius amplius, sed per subsequens matrimonium legitimatus eras. Ad hoc enim solus consensus sufficit. Copula sacerdotalis per introductum ecclesiae ritum ad decensius metitusque esse quidem, non tamen ad substantiam matrimonii necessaria est. Quemadmodum itaque liberi, qui ex de-

sponsa-

cere, quod cum hodie (in Germania certe) fallat,^{a)} nec Mervi auctoritas veriori sententiae officiet. Ipse HOMMELIUS in Epit. Iur. Sacr. p. 259. scribit: *Rectius dixeris, hodie sponsalia de praesenti nulla superesse, quia Concilium Tridentinum matrimonium quodvis irritum habet absente parocho contractum, nec solus consensu nuptias amplius perficit.*

Lex denique II. C. de nat. lib. itidem hoc plane non quadrat, propterea quod ibi de liberis naturalibus sermo est, hodie autem, sublatu concubinatu, liberi naturales reple non amplius sunt, quodque in iure Rom. de his sanctum est, ad spurious proferri non potest; quod bene post alias ostendit *Anonymous* in Cel. I. C. SIBENKEES Iur. Magaz. P. II. p. 171. Atque idem ipse contendit HOMMELIUS Obj. 89. *Naturales, inquiens, liberi sunt, qui ex concubina geniti. Damnum ergo per legem publicam concubinatu, liberi naturales hodie nulli. Vnde ex amica nati sextantem cum matre diuidendum frustra petunt. Alia enim concubina, quae iure Rom. non multum ab uxore differebat, alia amica. En! quam contraria interdum viri etiam ad prime docti scribant, eo tantum fine, ut opinioni alicui, quam sibi exornandam sumferunt, patrocinentur.*

Maneat igitur hec, quod communis fert sententia, legitimacionem scilicet per subsequita sponsalia, iis certe locis, vbi benedictio facerdotalis ad efficiam matrimonii requiritur, nullam esse, natosque ex sponsa (nisi ipsum etiam subsequatur matrimonium,) patri non alter succedere, quam si sponsalia concubitum antecesserint.

Ceterum super quaestione, an doctrina vulgaris de successione ex sponsa natorum etiam inter personas illustres locum inueniat, acriter nuper in causa *Leiningiana* disputatum fuit, de qua legi merentur die Allg. Iur. Bibl. P. II. p. 124. et 215. K. F. Zepernicks Samml. auserles. Abhandl. a. d. Lehnrechte P. IV. p. 304. et I. A. Roufs T. St. Kanzlei P. VI. p. 99. ibique citati.

CAPVT

sponsorum coitu nascuntur, si non subsequitur benedictio sacerdotalis, quia altera pars ante vel moritur vel a fugit, non eo minus legitimi sunt, ita et, qui ex soluis procreantur, quando bi postea sponsalia de praesenti conserbantur, non possunt non censeri legitimati, cum verum sit et habeatur matrimonium.

a) CONF. LEYSER Spec. 298. med. 3. G. L. BOEHMER Princ. iur. can. 6. 349. et DEYLING Inst. prud. past. p. 323.

CAPVT V.

De editione librorum mercatoriorum nonnulla.

In līte, quae nuper inter mercatores aliquot vertebatur, inter alia editio etiam librorum mercatoriorum ab altera parte postulata fuerat. Is, a quo perebatur, codices suos quidem producebat, sed ita, ut ne integra quidem pagina, cui nomen, de quo quaerebatur, inscriptum erat, sed sola, quae ad rem pertinebant, verba aperta essent legique possent, reliqua autem paginæ pars obsignata inueniretur. Actoribus hoc nequaque placebat, quippe qui potius contumaciamentis accusando perebant, vt articulis, quibus probandis libri illi inservire debebant, plena iam fides haberetur. Ego vero, vt huic postulato subscribam, ideo a me impetrare non possum, quod contrarium potius variis iuris locis firmari intelligo. At scilicet VLPIANVS in l. 1. §. 3. D. de edend. Edenda sunt omnia, quae quis apud iudicem editurus est, non tamen, vt et instrumenta, quibus quis vñsus non est, compellatur edere; idemque in l. 4. pr. eod. Praetor ait: Argentariae mensæ exercitores rationem, quae ad se pertinet, edant adiutorio die et consule. §. 1. Huius editi ratio aequissima est: nam cum singulorum rationes argentarii conficiant, aquum fuit, id, quod mei causa conficit, meum quodammodo instrumentum mibi ede, nec non in l. 6. §. 6. eod. Si initium tabularium haber diem, in quibus Titii ratio scripta est, postmodum mes sine die et Consule, etiam mibi edendum est dies et Consul: communis enim omnis rationis est praepositio diei et Consulis, et denique CAIVS in l. 10. §. 2. D. eod. Edi autem ratio ita intelligitur, si a capite edatur, (nam ratio, ni inspiciatur, intelligi non potest) scilicet vt non totum cuique codicem rationum totaque membranas inspiciendi describendique potestas fiat, sed vt ea sola pars rationum, quae ad instruendum aliquem pertineat, inspiciatur et describatur. Quae quidem loca quisquis accuratius secum perpenderit, non poterit non nobis adstipulari, editionemque librorum mercatoriorum proposita in specie recte atque ordine factam esse fateri.

Bene 10. VOETIVS in *Commentar. ad Pand. Lib. II. Tit. 13.*
§. 19. *Quoties de instrumentorum editione quaestio est, non totum est edendum instrumentum, si plura capita de separatis tractantur.*

XVI

comprehendat, multoque minus integrum rationum volumen, totusue liber mercatorius accepti omnis expensique descriptionem habens, sed magis ea sola pars, solumue caput illud, quod ad deductam in iudicium controversiam ciuique adstrictionem spectat, vna cum rationum aut instrumenti capite seu principio, sine cuius inspectione eae, quae eduntur, partes intelligi non possent. a)

Ceterum, cum fieri vtique possit, vt uno eodemque libro mercatorio duae aut plures etiam rationes ad eundem debitorem aut creditorem pertinentes contineantur, et ab eius domino una tantum, dissimulata altera, edatur, ego quidem haud dubito, quin illi pro causas qualitate iusiurandum editionis iniungi queat, ipseque iurare teneatur, praeter rationes a se editas nihil, quod ad adherarium aut rem, de qua quaeritur, pertineat, eodem libro contineri.

a) Conf. etiam G. BARTH, *Hod. for. Cap. II.* §. 7. not. b. p. 461.

Nunc

Nunc autem indicenda a nobis sunt sollemnia inauguralia
 CANDIDATI DOCTISSIMI
**BENIAMIN CAROLI HENRICI
 HEYDENREICH**

DRESDENSIS,

quem ipsum sua de vita, laudabiliter adhuc adda, ita exponentem
 audire iuvabit:

Lucem d. 24. Octobr. anno huius seculi LXII. adspexi Dresdae.
 Patrem habeo CAROLVM HENRICVM HEYDENRICH, Iuris utriusque
 Doctorem et Serenissimo Saxonie Electori a Consiliis Prouocatio-
 num, virum probum atque honestum, et Matrem IVLIANAM
 WILHELMINAM ex gente HAMMIA: quos Parentes ut Sum-
 mum Numeri per longam annorum seriem saluos atque omni felicitatis
 humanae genere florentissimos conserueret, ea, qua par est, pietate
 precor. A prima inde infanta priuatorum praceptorum creditus
 sum fidei, tam religionis, quam optimarum artium doctrinis instru-
 endus, ex quibus IOANNIERNESTO LINCKIO, nunc apud Langen-
 reichenbachenses et Probsthaynenses Paſtori meritissimo mihique amicissi-
 mo, qui disciplinas, ut Academiam adire possem, necessarias scitu
 me docuit, me debere quam plurimum labentissime confiteor. Anno
 huius seculi LXXXI. in Uniuersitatem litterarum, quae Wittebergae
 foret, translatus a Magnoſeo tunc Academicæ Reclōre PAVLI numero
 ciudum Academicorum adscriptus fui. Ibi ducibus usus sum in
 Philosophiae praceptoribus S. R. REINHARDO et HILLERO, SCHROE-
 CKIO in variis historiae disciplinis, in Archaeologia nec non Roma-
 norum antiquitatibus E. BODENIO. Ius naturæ, Ius publicum uni-
 uersale et Institutiones Iuris Romani WIESANDIVM enarrantem au-
 diui. Historiam Iuris et Ius Cambiale me docuit KLÜGELIVS; in
 addiscendis Digestis et Iure Ecclesiastico Protestantium HOMMELIVM
 atque in Iure Clientelari REINHARDTIVM sum secutus. Biennio
 abfolu-

C

XVIII.

absoluto Lipsiani petens Magnisso tunc Academiac Recliore PLATTNERO nomen professus et in album Reipublicae litterariae receptus sum. Hic in Historia Statuum recentiori WENCKIO, in Medicina forensi PLATTNERO, et FVNCRIO in Physica, quam experimentalem vocant, frequens auditor adiudi; in Digestis, Iure Germanico, Iure Criminali, Iure Saxonico, Iure S. R. I. publico, nec non iure iudicario et Iure Camerali SAMMETI, FÜTTMANNI, SCHOTTI, KINDII, SIEGMANNI et ROESSIGII scholas frequentauit; examinerioris exercitationibus inter se apud S. R. BAEVERVM, et in arte referendi KEEIVM ducem agnoui. Iamque ante hunc annum, S. R. BAEVERO Praefide, Dissertationem, quam de Totalitatis ob adulterium priuatione scripsoram, defendi, et superato, quod pro Candidatura et pro Praxi appellant, sollemini examini, prae ceteris et omnino dignis, cui venia causas in foro orandi daretur, ab Illustri Iure-Consultorum Ordine Lipsensi iudicatus sum. Dredam mox redux negotios forensibus me immiscere constitui, cui rei ut par sim, buc usque, ducibus celeberrimis causarum patronis, exercitationibus practicis operam nauauit.

Iam ad altiora progressurus a Collegio nostro, vt summi in iure honores ipsi tribuantur, petuit. Huic desiderio, postquam in examine, quod vocant, rigoroso Collegii expectationi omni ex parte satisfecit, cum deesse haud poterimus, vt publice quoque de eius profectibus conlect, proximo die Mercurii in auditorio Ichorum hora a meridie II. l. 4. C. de reb. auct. iud. poss. interpretabitur, deinde autem a. d. XIX. huius Mensis hora IX. eodem loco dissertationem inauguralem de iure apanagii Comitum S. R. I. mediatorum in Saxonia, conturbata re familiari, sine praefide publice defender, quo facto Vir Illust. Excellentiss. atque Consultiss. Dom. D. IO. THEOPHILVS SEGERVS, Canonic. Numburgens. Supremae in provincia Curiae, nec non Ordinis Iectorum Lips. Afferor, fautor colleague honoratissimus, cui ex decreto eiusdem Ordinis promotoris munus delegau, summos in iure honores cum omnibus priuilegiis ac iuribus huic dignitati adnexis, sola spe ad sessionem in Collegio nostro adspiciandi excepta, ipsi tribuet atque concedet.

Quam

XIX

Quam sollemnitatem ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, PRINCIPES CELSISSSI, COMITES ILLVSTRISSSI, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, CIVES denique GENEROSISSIMI NOBILISSIMI que praesentia sua honorifica splendidiorem reddere velint, enixissime rogamus. Sc. Lipp.
a. d. XIV. Maii MDCCCLXXXV.

LIPSIAE
EX OFFICINA KLAUBARTHIA.



XIV

Quoniam Galli puerorum et hinc totum Academiam maxime
producuntur, et non solum in litteris, sed etiam in scientiis
militariis, etiam in exercitu, etiam in medicina, etiam in
agricultura, etiam in artibus, etiam in commercio, etiam
in industria, etiam in navigatione, etiam in navigatione
maritima, etiam in navigatione aquatica, etiam in
navigatione aerea, etiam in navigatione terrena, etiam
in navigatione animalium, etiam in navigatione humana,
etiam in navigatione spirituum, etiam in navigatione
spirituum animalium, etiam in navigatione spirituum
humana, etiam in navigatione spirituum rationabilium,
etiam in navigatione spirituum rationabilium animalium,
etiam in navigatione spirituum rationabilium humana,
etiam in navigatione spirituum rationabilium animalium
humana, etiam in navigatione spirituum rationabilium
humana animalium, etiam in navigatione spirituum
rationabilium humana animalium rationabilium.

LITERATURA

EX OLLICINA ETIADASARTHIA




Leipzig, Diss., 1785 RZ
X 241 7854

ULB Halle
006 383 629

3





199.
1785.22.

PROCANCELLARI
IOS. LVD. ERN. PVTTM

I. V. D. INST. PROFESSOR OR

ET COLLEG. ICTOR. ASSESSOR

SOLLEMNIA IN AVGVR

PRAECLARISSIMI CANDIDAT
BENIAMIN CAROLI HE
HEYDENREICH

DRESDENSIS

A. D. XIX. MAI MDCCCLXXXV

P V B L I C E C E L E B R A N

INDICIT

